Mandamiento del Nuncio en favor de la Comp.ª para el punto de diezmos q no excedan.

IOANNES GARSIAS MILLINVS Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia ArchiepiſcopusRhodienſis, & ſanctiſsimi domini noſtri D. Pauli diuina prouidentiaPapæ Quinti, eiuſdēq; ſedis in Hiſpaniarum Regnis cum poteſtate Legati de latere Nuntius, iuriumq; Cameræ Apoſtolicæ Collector generalis, Vniuerſis & ſingulis venerabilibus in Chriſto Patribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis Regnorum Caſtellæ, & Legionis, ſeu diſcretis viris Prouiſoribus, aut Vicarijs generalibus, etiam à Capitulis ſede vacante deputatis, ſalutem, & ſinceram in Domino charitatem. Nuper per alias noſtras literas vobis dedimus mandatis, quatenus literas fel. record. Leonis Papæ Vndecimi ſub annulo Piſcatoris in forma Breuis expeditas, ſub datis ...mæ apud ſanctum Marcum die vigeſima tertia Aprilis, anni millesimi ſexcenteſimi quinti, Pontificatus ſui anno pri... circa ſolutionem decimæ, ſeu vigeſimæ per Societatem Ieſu, & illus domus, & Collegia faciendam editas, ſub certis mo... & forma in eiſdem literis expreſſis executioni demandaretis, & demandari faceretis: reſeruantes nobis cognitionem & ...rationē, an huiuſmodi decima & vigeſima reſpectiuè debeatur à die datæ prædicti Breuis, an à die memorati noſtri man... ...: ac volentes etiam, quod ſine preiudicio iurium Eccleſiarum, & cleri, donec à nobis fieret prædicta declaratio, daretur ...fieret ſolūm executio à die datæ præfati noſtri mandati in antea. Et ſimiliter reſeruauimus nobis cognitionem & declara...onem, an deberetur vigeſima de iure, vel conſuetudine de rebus & ſpeciebus non ſpecificatis in dicto Breui, de quibus ...xtà illius formam deberet ſolui vigeſima, quatenùs de iure, vel conſuetudine ſolui deberet. Ita vt donec & quouſque à ...obis emanaſſet prædicta declaratio, quoad res & ſpecies nō ſpecificatas in dicto Breui deberet ſuperſederi in executione, ... expectari noſtra declaratio, ac in reliquis non retardari executio, prout in dictis literis pleniùs continetur. Quæquidem ...teræ vobis, ſeu alicui veſtrum præſentatæ fuerunt. Et poſtmodum pro parte dictæ Societatis Ieſu, & illius Domorum, ... Collegiorum Coronæ Caſtellæ & Legionis nobis fuit expoſitum, quod vos, ſeu aliquis veſtrum iuriſdictionis veſtræ limi... excedendo, ac prædictis noſtris literis contraueniendo, eidē Societati, & illius domorum ac Collegiorum Rectoribus, & ...ligioſis, ex eorum hæreditatibus & bonis decimas, ſeu vigeſimas, non à die datæ noſtrarum literarum duntaxat, ſed ex ...bus & fructibus quos antea collegerunt, & perceperūt, exegiſtis, & exigitis: ac ſimiliter eoſdem ad ſoluendum decimas, ſeu ...geſimas ex rebus non ſpecificatis in dicto Breui ſub cenſuris cōpuliſtis, & cōpellitis: in quibus omnibus prædictis noſtris ...teris contrauenillis. Quarè pro eiuſdem Societatis parte fuit ad nos recurſum, nobiſque humiliter ſupplicatum, quatenus ...bi in præmiſſis de opportuno remedio prouidere dignaremur. Nos igitur attendentes petitionem huiuſmodi fore iuſtam, ... rationi conſonam, vobis, venerabiles Patres, ſub ingreſſus Eccleſiæ interdicto, vobis verò, Prouiſores memorati, in vir...te ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis maioris, aliiſque pœnis arbitrio noſtro moderandis, & applicandis præ...pimus, & mādamus, quatenùs prædictarum noſtrarum literarum formā ſeruetis, ac ſeruari faciatis per eos ad quos ſpectat ... vt donec aliud à nobis declaratum fuerit, dicta Societas & illius Domus & Collegia decimam, vel vigeſimam huiuſ...odi, de rebus, & ſpeciebus collectis & perceptis à die datæ noſtri mandati tantum, & in poſterū: ac de rebus ſpecificatis in ...dem breui, ac non de alijs, donec prædicta declaratio à nobis quoad alias res & ſpecies in memorato Breui nō ſpecificatas ...manauerit, perſoluere duntaxat teneātur, ac aliâs ad id cogi & compelli non poſsint. Volumus autem, quod præſentiū tran...mptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cōſti...tæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi originaliter forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Da... Valleſoleti anno Domini milleſimo, ſexcenteſimo quinto, die verò vigeſima quarta mēſis Decembris, Pontificatus præ...ti S. D. N. Papæ, Anno Primo.

Ioan. Gar. Archiepiſcop. Rhodienſ. Nuntius.

Lambertus Vrſinus Abbreuiator.

B-37
23 (6)

Antonius Gutierrez
notarius aplicus.